

Compendiū theologie

deliberat^o dici aut reputari. qz vt ex iam dictis apparet/añ sufficientē deliberatō/nem debitāqz piculi z pcti aduertētiā seu aīaduersionē. z sic anteqz (vt iam dictū ē) ipsa ratio inferior ad suū ppiū actū q̄ est deliberari z rōcinari debite recurrere. / legesqz seu reglas hūanas quibz innitit cōsulerz. vel forsan anteqz naturā z gruedi nē ipius piculi z pcti plene cognosceret z aduerteret. talis ei⁹ imozatio talisqz ipro prius z ipfectus cōsensus cōtingit. q̄ oīa tñ dictā ipius rōnis inferioris imozatōez dictūqz impropriū z impectū precedere debuissent. z omīno necessaria sunt añqz talis eius imozatio talisqz cōsensus dici possit diciqz debeat verus z pfect^o esse. ex inde pctm̄ mortale ptingere posse. **N**ec etiā in isto casu respectu ipsi⁹ superioris rōnis debet talis illecebra seu delectatō morosa/ moza consensus reputari. Quia vt sepe in simili supra tactū est. ex q̄ ipa ratō inferior qz sic circa talem illecebrā seu carnalem delectatōem imozet/ facit q̄si suspensa z nō bñ aduertēs nec debite añ talem imozatōem ad suū propriū actum q̄ est deliberari ratiocinari. recurrēs se qz piculū seu peccatū quod iminebat z incūbebat considerādo z attendēdo. leges qz seu regulas humanas q̄bus innitit cōsulendo eleuās a minori d̄z dici ad iudiciū superioris rōnis que altior z sublimior est eam scilz cōsulendo recurrisse z se eleuasse. Et sic nō mirū si ipa rō superior/ que de se z p se circa tales actus carnales z terrenos nō intendit/ nec se sp̄ ex se ipa circa eas leges seu regulas diuinas z eternas cōsulēdo applicat. q̄si suspēsa z nō bñ aduertēs z sic indeliberata z p consequēs nec vere nec interpretatiue cōsentīēs debz in hoc casu dici z reputari. **E**t iā vt iā tactū est natura istius q̄rti modi seu istius q̄rte qlitatis se habēdi rōnis/ vt videre claz est/ hoc de se habet z importat. cū exp̄sse importet rōnem inferiorē circa talem illecebrā seu carnalem delectatōez ante sufficientē deliberatōem debitāqz aduertentiā seu aīaduersionē piculi z peccati quod exinde immīnet z incūbit/ imozatā esse. **N**ā si poneret ipa rō inferior sic post sufficientē deliberatōnem. debitāqz aduertentiā piculi z peccati imozata fuisse. iā vt in simili statū tactū est nō iste q̄rtus mod⁹ seu ista q̄rta qlitas se habēdi ipius rōis esset. sed vnus

duoz modozū seu qualitātū immediate explicatoz. scz vel sextus vel q̄ntus. **E**t intelligant^r hec oīa hic statū supra p̄dictorum sex modozū seu sex qualitātū se circa delectationē habēdi ipius rōnis tractata principaliter de consensu in delectatōem cogitatiois. i. q̄ habet cogitādo. **N**ā talis consensus (vt sepe supra tactū est) principaliter ad rōem inferiorēz p̄tinet sicut ad ipam p̄tinet cogitare. i. act⁹ ipse cogitatiois. z etiā ad ipm̄ qd̄ est cogitare vel non cogitare in q̄ntū accipit vt ad illā actōem ordinat. **Q**uod notāter d̄z. **N**ā est quēdā aliū cōsensum in delectatōem rep̄re. s. in delectatōez actus seu opis. maxime dū ille actus seu illd̄ opus est in fieri. q̄ consensus in talē delectatōem sicut z ipse cōsensus in illum actū seu op⁹ ad solā rōnem superiorē spectat z non ad inferiorē.

Utrū cōsensus in

delectatōem sit semp peccatum. z quod.

Quia in supius tractatis z sp̄cialiter modicū supra/ in declaratione sex modozū seu sex qlitātū/ se circa delectatōem habēdi ipius rōnis/ sepe de cōsensu in delectatōez facta est mentio/ interdūqz tactū quō consensus etiā verus z deliberatus. z etiā ipius rōnis superioris in delectatōem/ nō sp̄ est pctm̄ mortale. **P**ro hui⁹ necnō aliquorū ex precedētibz maiori declaratōe. q̄nqz rememorāda z aduertēda veniūt. **P**ri^o mū qz oīs delectatio habz aliqd̄ propriū z principale obiectū/ circa qd̄ fert z versat^r. **N**ec enī aliter vt clarū est possit delectatō causari z haberi. si nō circa aliqd̄ principaliter ferret z versaret. **S**cōm qd̄ etiā iuxta dictū phi/ oīs delectatō siue sit in appetitu sensitiuo. siue in appetitu intellectiuo. siue (vt modicū supra tactū est) sit in cogitatioe solū. siue in actu seu executōne actus/ aliqūā opatōez cōsequit. **E**tenī (vt in supioribz declaratū est) oīs delectatio/ ex triū concursu causari h̄z causatur. scz ex boni z conueniēs p vim appetitiuam adeptōe. z ad eā applicatione. pro ut scz tale bonū z cōueniēs/ sentit vel q̄litercūqz p̄cipitur. que duo sunt. scz ipm̄ bonū z conueniēs qd̄ sic sentit z p̄cipit. z ipa vis appetitiua que sic illud sentit z appetit z tertij. scz cognitōis talis adeptōis z applicatōis. **N**ūc igit ad propositum

clarum est istud fieri non posse. quoniam primo!
 (ut iam tactum est) ibi sit aliquod proprium et
 principale obiectum scilicet illud bonum et conue-
 niens quod sic adipiscitur et applicatur. quoniam etiam
 secundo ibi sit aliqua operatio scilicet ratio illa ipsius
 boni et conuenientis adeptio et applicatio
 que sine aliqua operatione fieri non potest. quoniam
 etiam ipsius actualis talis adeptio et appli-
 catio cognitio que etiam quedam operatio est. in-
 mo ipsa propria operatio est de se quoddam bo-
 num et conueniens est. **Exempli gratia.** Dele-
 ctatur aliquis in uisione alicuius rei pulcre.
 vel in gustu alicuius rei sapide seu saporoso.
 vel in rememoratioe alicuius magni ho-
 noris habiti. vel aliqua simili cogitatioe
 clarum est in tali delectatioe tria concurrere.
 scilicet primo ipsam rem que sic delectabiliter
 uideretur vel gustatur vel rememoratur vel cogi-
 tatur. et illa est illius delectatioe proprium
 et principale obiectum. **Secundo** ipsam uim ap-
 petitiuam. que per quandam operationem uel puta-
 talem uisionem. gustationem rememoratioem
 vel cogitationem. illam rem tanquam suum obie-
 ctum complacenter adipiscitur et sibi applica-
 tum habet et in eo quietatur. **Et tertio** cogni-
 tionem illius adeptioe et applicatioe. que si
 non interueniret nulla proprie esset delectatio
 ut satis in superioribus exemplificatum est de in-
 fantibus et insensatis. **Ex** quibus iterum uideri
 potest. quod delectatio quilibet potest ad duo
 compari seu referri. uel scilicet ad illud proprium
 et principale obiectum circa quod uel in quo
 sic uersatur. uel ad illam operationem quam sic conse-
 quitur. **Tertium** aduertendum. quod etiam ipse con-
 sensus in delectationem. qui multum amplius
 quam ipsa sola delectatio ponitur importat. quod
 quod (ut in superioribus pluries tactum est) ipsi
 rationi semper attribuitur. consequenter etiam si in-
 ueniat. quandam aliam ipsius rationis operationem
 scilicet quandam diiudicationem seu rationationem
Receni (ut clare est) ratio ipsa in delecta-
 tionem aliquam consentire potest. nisi prius eius
 apprehensione de ea quodammodo diiudi-
 caret seu rationaretur. **Ista** autem diiudicatio
 seu rationatio non est aliud nisi quidam ipsi
 us rationis actus interior in mente existens
 qui proprie fieri non potest nisi per modum cuius-
 iusdam cogitatioe seu meditatioe. que in
 hoc proposito pro eodem accipiuntur et reputantur.
Et hinc est quod talis ipsius rationis diiudi-
 catio seu rationatio. ualde frequenter et que
 si cetera cogitatio dicitur et appellatur. imo ut
 modicum supra tactum est. quando consensus

in delectationem principaliter rationi inferiori
 attribuitur. intelligendum est de delectatioe
 ne que est in cogitatioe et non de illa que inest
 actu seu actus executioe. **Quartum** aduer-
 tendum quod quandoque contingere potest quod ali-
 qua operatio erit metipsum proprium et princi-
 pale delectatioe obiectum. sicut posset esse
 aliquid alia res ab extra. quod forsitan illa opera-
 tio (ut iam tactum est) accipietur a ratione ut bo-
 num et finis in aliquo alioque delectatioe re-
 scatur. iuxta exemplum iam positum. cogitabit
 aliquis de alioque magna complacencia quam
 alias habuerit. uel in uisione alicuius rei
 pulcre. uel in gustatioe alicuius rei sapi-
 de uel huiusmodi. et in ista cogitatioe seu reme-
 moratioe delectabitur. certum est quod ista
 delectatio habet pro suo proprio princi-
 pali obiecto. illam operationem que sic cogitatur
 et rememoratur. scilicet illam uisionem uel illam gu-
 statioem uel huiusmodi. **Quintum** aduertendum
 quod amplius contingere potest scilicet quod illa met-
 propria operatio quam defacto ipsa delectatio
 consequetur. erit proprium et principale illius
 met delectatioe obiectum. scilicet uis anime
 appetitiua cuius est proprie delectari in il-
 lam operationem sicut in quoddam sibi bonum
 et conueniens complacendo reflectetur. **Ut** gra-
 tia exempli iuxta casum. iam supra tactum
Cogitabit aliquis rememorando de alioque
 magna complacencia quam alias in aliqua
 re uel in aliqua operatione habuerit. et in ista
 cogitatioe seu rememoratioe delectabitur
 non quidem quod illam delectationem quam sic ha-
 bebat reflectat in illam rem seu in illam ope-
 rationem de qua sic cogitabat. sed in ipsam. per
 quam met cogitatioem quam sic habebit. ut
 puta quia delectabitur ex eo solum quod sic co-
 gitat. uel quod sic rememoratur. certum est et cla-
 rum est quod in isto casu. ista delectatio ha-
 bet pro suo proprio et principali obiecto
 ipsam met cogitatioem circa quam uersatur.
Hinc igitur predicta ad propositum appli-
 cando. **Triplex** reperitur cuiuslibet delecta-
 tionis. proprium et principale obiectum. **Aut**
 enim delectatio sic aliqua (ut semper fieri iam
 tactum est) operationem sequens. **Et** ut primo
 per aliquod particulare exemplum et quod iuxta su-
 pra tacta communius contingit. clarius per-
 cedat. ponatur. iuxta casum iam pluries su-
 perius tactum. quod aliqua cogitatioem conse-
 quat. **Aut** igitur talis delectatio habet
 pro suo proprio et principali obiecto. ali-
 quam rem ab extra que tunc forsitan cogitatur

Compendiū theologie

Aut habet pro suo proprio et principali obiecto/aliquā aliā opatiōez quasi rem q̄ cogitat. Aut habet pro suo proprio et principali obiecto ipammet cogitatiōez circa quā actualiter versat. ¶ Si primo modo q̄ se3 delectatō illa sic cogitatiōem aliquā consequēs pro suo proprio et principali obiecto habeat rem aliquā ab extra q̄ cogitatur/sic se3 q̄ licet talis delectatio circa illam cogitationē verset. non tamen ex principali ipsius cogitatiōis intuitu. nec in sola reflexione ad eam. sed p̄cipali intuitu/principaliq̄ reflexione/in ipam rē que sic cogitat. Et tunc quādo talis delectatio et etiā consensus in actum peccatū sit et quale/satis ex eis que modicū supra circa naturā ipsius delectatiōis tractata sunt/perpēdi potest cōsiderando scilz (vt ibi tactum est) an talis delectatio sit naturalis. an voluntaria. et an sit circa rem licitā aut illicitam. et an sit moderata aut imoderata. et an talis cōsensus sit verus et expressus. aut interpretatiuus et equiuales et an sit ipsius rationis superioris vel solū inferioris. et hmoi que ibi diffuse explicata sunt. ¶ Si vero secūdo modo. q̄ se3 illa delectatio p̄ suo proprio et principali obiecto habeat aliquā aliā opatiōem que cogitat. sic scilz q̄ quis vt iam statim tactum est/talis delectatio circa talem cogitationē versetur. nō tamen ex principali ipsius cogitatiōis intuitu. nec in sola reflexione ad eam/sed p̄cipali intuitu/principaliq̄ reflexione in ipam aliā opatiōem que sic cogitat. Et tunc si talis opatio sic cogitata que est p̄prium et principale obiectum illius delectatiōis/sit de se p̄m veniale. tunc cōsensus etiā verus et deliberatus in talem delectatiōem que sic circa talem delectatiōem versatur nō erit nisi veniale peccatū. Si autē illa opatio sic cogitata que est p̄prium et principale obiectum illius delectatiōis/sit peccatū mortale. tūc etiā consensus verus et deliberatus in delectatiōem que sic circa talem cogitatiōem versatur/etiā si tunc iuxta quod modicū supra declaratū est nō assit voluntas deliberata perficiendi actū si facultas adesset erit peccatū mortale. quia q̄ homo in cogitatione talis opatiōis principali eius intuitu/principaliq̄ reflexione in eā delectet/non cōtingit nisi ex eo q̄ eius affectus seu appetitus est in illā opatiōem sic

cogitatā inclinatus. Et ideo etiā q̄ in talem delectatiōem cōsentiat/nihil aliud est q̄ ipse ex deliberatiōe eligat seu in hoc cōsentiat. q̄ affectus suus seu appetit⁹ in illam opatiōem sic cogitatā inclinatus p̄maneat et persistat. Nullus enī delectat nisi in eo q̄ suo affectui seu appetitui est conforme. ¶ Autē aliquis ex deliberatiōe eligat seu cōsentiat q̄ affectus su⁹ seu appetitus his que peccata mortalia sunt conformet/est peccatū mortale. Et ideo talis cōsensus in talem delectatiōem que circa cogitatiōem opatiōis peccati mortalis tali respectu versatur/est peccatū mortale. ¶ Si vero tertio modo. q̄ scilz illa delectatio pro suo proprio et p̄cipali obiecto/habeat ipammet cogitatiōem circa quā actualiter versat. sic se3 q̄ ipsa delectatio circa talem cogitatiōem feratur in se principaliq̄ ipsius cogitatiōis intuitu principaliq̄ reflexione in eam. vt puta iuxta supra tacta. q̄ quis in talem cogitatiōem ex eo solum q̄ sic cogitat delectetur. Et tūc quia talis cogitatiō etiā si versetur circa rem aut opationem que de se peccatum mortale existat/nō est tamē de se peccatū mortale. immo vel veniale tantū. ¶ Ut puta. cum aliquis vt interdū cōtingit/vane et inutiliter cogitat. vel omnino sine peccato. vt puta cum aliquis vtiliter. sicut p̄ predicando vel disputando de tali re vel opatione cogitat. ideo consensus etiā verus et deliberatus in talem delectatiōem/nō est peccatum mortale. sed solum iuxta quod iam tactū est. vel veniale tantū vel nullum. Quia q̄ homo etiā ex deliberatiōe suum affectū seu appetitū in his que de se peccata nō sunt. vel nō nisi venialia eligat vel cōsentiat esse inclinātū. nō potest esse peccatū mortale de se. nisi alie circumstantie concurrerent. quia cogitatio quecumq̄ sit in seipam solum reflexa nisi alia vt iam tactū est cōcurrerēt/nunq̄ de se et fm se est peccatū mortale. ¶ Et quia istud nō nullis posset aliqualiē intricatū seu obscurum videri. Ad clariorem intelligentiam exemplificāt doctores respectu duorum vltimorū mēbrorū istius distinctionis hic immediate supra posite de cogitatione fornicatiōis. ¶ Tenē vt dicunt cogitans de operatiōe seu actu fornicatiōis. sic cogitando/duobus principaliter respectibus delectari potest. Aut enim

sic cogitando / in ipsa sua cogitatione delectabitur in respectu et reflectione ad ipsum actum seu ipsam operationem fornicationis. quam sic cogitat. sic scilicet quod principali intuitu talis operationis fornicationis. principali quod reflectione in eam in tali cogitatione delectatur. Aut sic cogitando in ipsa cogitatione delectatur / solo respectu solaque reflectione in ipsam suam cogitationem. et eo solum scilicet delectatus quod sic cogitat. Si primo modo tunc consensus deliberatus in talem delectationem que sic super tali cogitatione fornicationis versatur / etiam si desit voluntas deliberata perficiendi actum / est peccatum mortale. quia talis consensus iuxta quod statim supra declaratum est / nihil aliud est quam quod ex deliberatione quis eligat seu consentiat quod affectus suus / seu appetitus permaneat et persistat inclinatus in fornicationem. quod est peccatum mortale. cum fornicatio de se peccatum mortale existat. Et deliberatione etenim (ut sepe supra tactum est) eligere seu consentire / quod affectus suus seu appetitus permaneat et persistat inclinatus in aliquid. seu conformetur alicui quod de se peccatum mortale existit. est peccatum mortale. Si secundo modo delectetur. cum talis cogitatio de se et secundum se non sit peccatum mortale. immo / ut supra tactum est possit utiliter ut pro predicando vel disputando de fornicatione haberi. sic nec etiam consensus deliberatus in talem delectationem / erit peccatum mortale. sed veniale tantum. vel forsan nullum. quia ut etiam sepe supra tactum est / ex deliberatione eligere seu consentire affectum suum seu appetitum esse inclinatum in aliquod / seu conforme alicui. quod de se et secundum se peccatum mortale non existat. non est etiam mortale peccatum. Et propter ista in declaratione ultimi sex modorum seu sex qualitatium se circa delectationem habendi ipsius rationis supra positorum / notanter addita est illa clausula. maxime si feratur ille consensus in ipsam illecebram seu carnalem delectationem / tanquam in rem aut operationem / seu actum super quo vel circa quem ipsa illecebra seu carnalis delectatio sic insurgit et versatur. et qui talis illecebre seu carnalis delectationis esset principale obiectum ut est ibi videre. Et intelligantur semper in omnibus premissis iuxta quod late in modicum supra tactis declaratum est.

consensus verus et deliberatus esse. quando scilicet ratio superior in huiusmodi delectationibus expresse consentiendo concurrat. vel eas post sufficientem deliberationem debitamque advertentiam seu animadversionem periculi et peccati quod inde imminet et incumbit reprimere negligit. Et hec quo ad ea que circa materiam delectationis et consensus in eam. an scilicet et quando. et qualia peccata existant / ex dictis doctorum quantum ad hunc tractatum spectare et sufficere visum est / recolligi et elici potuerunt.

De consensu in actu an sit peccatum. et quod.

Quia vero prout in superioribus ubi de hac presenti materia scilicet licet de natura primorum motuum delectationis et consensus in actum peccati tractari incepit / actum est. licet iam proxime monstratum est possit circa consensum deliberatum in delectationem peccati mortale formaliter insurgere et contingere. Immo communius iuxta tamen modificationes modicum supra positas / insurgat et contingat. non propter ea tamen in tali consensu in delectationem adeo est completa tentatio / quin ulterius progredi possit scilicet usque ad ipsum consensum in actum exteriori. immo in ipso solo consensu in actum exteriori dicat tentatio suppleri. ultraque progredi non posse. cum non videatur quid ultra consensum in actum exteriori ipsa tentatio operari posset. propter istud et etiam servando ordinem pre-dispositum / post expositionem et declarationem nature et qualitatis ipsorum primorum motuum / ipsiusque delectationis. venit aliquantulum de natura et qualitate ipsius consensus in actum tractandum et declarandum. Circa quod primo rememorandum venit. quod iam modicum supra scilicet de ipsa delectatione et de consensu in eam. cuius rationis attribuantur tractatum est aliquantulum tactum incepit. scilicet quod consensus in actum seu actus executionem / semper rationi superiori attribuitur. secundum tamen quod in ipsa ratione voluntas includitur. propter quod iuxta superius tacta consensus ille voluntarius dicitur. Et causa est. quia iam ibi etiam aliquantulum apertum incepit. Num enim consensus in aliquo / de se importet vel presupponat